

OS nostrum.... Apertè et libère vobis loquor, quia scilicet cor nostrum erga vos expansum est et dilatatum; quasi diceret: Quia vos ardentissime diligo, ideò et vobis apertissime loquor: seu ut cap. 7, v. 4, dicit: *Multa mihi fiducia.*

VERS. 12. — *NON ANGUSTIAMINI...* Hoc sequitur ex proximè dictis: quia cor nostrum dilatatum est; ideò non exiguum, sed spatiosum locum habetis in nobis. Loquitur de corde, quasi de domicilio. Spatiosè habitatis in cordibus nostris.

ANGUSTIAMINI AUTEM *VISCERIBUS VESTRIS*, id est, in corde vestro. Amanter objurgat eos, quòd non ita redamentum eum; quasi diceret: Cor vestrum angustum est erga nos, et non dilatatum: ideò non spatiosum, sed exiguum locum habemus in eo: seu tenuis est vester affectus in nos. Non est de corde vestro, sicut de nostro; nec de vestro in nos affectu, sicut de nostro in vos.

VERS. 15. — *EAMDEM AUTEM HABENTES...* Græcè, *at eandem compensationem* (ut natis dico) *dilatamini et vos...* Subauditur *caritas*, secundum eandem compensationem, amoris, scilicet. Syr., *ceteram, tanquam filiis dico, compensato mihi usuras meas, quæ sunt apud vos, et dilatate charitatem vestram erga me.* Id est, parem nobis amoris vicem reddentes, loquor ut filiis, dilatate et vos corda vestra; seu nos effusè diligitè, sicut et vos effusè diligimus.

Sic amet prelati et studeat amari. Amet, non dominetur: ametur, non timeatur.

*Sicut egentes, multos autem locupletantes*, tum divinis et celestibus, tum terrenis bonis; colligebat enim Paulus cleemosynas pro pauperibus, maxime Hierosolymitanis.

*Tanquam nihil habentes, et omnia possidentes*, quia postquam reliquerant omnia propter Evangelium, similes erant illis qui nihil habent; et tamen reverà possidebant omnia, quia omnium suorum ædes eis patebant, omniumque possessiones ad usum eis cedebant. Qui propter regni spem inopiam laborant, et propter inopiam regnant.

VERS. 11. — *Os nostrum patet ad vos, ô Corinthii*, scilicet ad loquendum libère vobiscum, et plene vos instituendos; q. d.: Non possum silere, et pro salute vestra vos non commonelacere; et quia ex abundantia cordis os loquitur, ideò subdit:

*Cor nostrum dilatatum est, amore erga vos; q. d.: Vehementissime vos amo.*

VERS. 12. — *Non angustiamini in nobis*, sed plene et spatiosè in corde meo habitatis, latissima vos cordis charitate complector. Loquitur de corde et animo, quasi domicilio. *Sed angustiamini in visceribus vestris.* Precordia vestra angusta sunt, ut parum in eis loci habeam; q. d.: In amore et benevolentia mihi non respondetis: parum amoris mihi redditis.

VERS. 15. — *Eandem autem habentes remunerationem, etc.*, id est, secundum eandem remunerationem charitatis dilatamini et vos; q. d.: Eandem charitatis mensuram et latitudinem mihi reddite et reponite; pari mensurà cor et charitatem vestram in me extendite et dilatate.

VERS. 14. — *Nolite jugum ducere*, participationem et commercium habere cum infidelibus, ne sitis jugo copulati cum infidelibus. Jugum ducunt cum infidelibus, qui talem cum illis inveniunt societatem, quæ fiat ut in partem illorum declinent, mores, eorum et vitia sequentes, juxta illud Psalmi 103: *Commissi sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum.* Hujusmodi verò

VERS. 14. — *NOLITE JUGUM...* facta hæc charitatis digressionem, quæ primò Corinthiis dixit quòd de se loquatur, non ex philantia, seu amore sui, sed ex amicitia, seu illorum amore; secundò, summam erga eos indicavit charitatem suam, ut eos tanquam sui parum studiosos, amanter objurgaret; ubi eorum corda recendit, transit ad aliam rem, sed eis, non sibi necessariam. Resumens erga personam et munus legati divini, monet eos omnem cum infidelibus affinitatem fugere.

Ne jungamini eodem jugo cum infidelibus. Hæc prohibetur omnis arcta cum infidelibus societas, ex qua oritur periculum communicandi cum eorum infidelitate, vitis et moribus: at presertim prohibetur cum eis matrimonium, quæ est intima et arcessissima societas. In primis tamen sex Ecclesie seculis tolerata sunt Christianorum cum infidelibus matrimonia, et in concilio Toletano 4, anno 654. Imparitas cultus facta est impedimentum dirimens. Hujus prohibitionis duas affert rationes. Primam desumit ex inæqualitate et incompatibilitate partium; quarum una, justitia, lux, Christus, fidelis, templum Dei: altera iniquitas, tenebræ, Belial, infidelis, idolum: res inter se incompatibiles.

VERS. 16. — *QUI AUTEM CONSENSUS.* Probat quòd christiani sint templum Dei: idque probat ex Levit. 26, 12. Ad litteram hic locus est de tabernaculo, seu templo portatili; sed allegoricè intelligitur de animâ justâ, quæ est quoddam Dei mobile templum.

societas maxime est conjugium.

*Quæ enim participatio justitie cum iniquitate?* id est, justis cum iniquis, puta fidelibus cum infidelibus.

*Aut quæ societas luci ad tenebras?* q. d.: Lux et tenebræ in eundem locum aut subjectum convenire simul nequeant. *Lucem ergo vocat fideles; tenebras verò infideles.*

VERS. 15. — *Quæ autem conventio Christi ad Belial?* id est, consonantia, consensus, concordia. Quod conjugium Christi, qui est omnis disciplina, obedientia, justitia pater, cum Belial, id est, diabolo, ejusque assellis infidelibus?

*Aut quæ pars fidei cum infidelis?* Pars, id est, participatio seu communio. Quid commune habet fidelis, quòd participet cum infidelis?

VERS. 16. — *Quis autem consensus templo Dei cum idolis?* Quæ consensus seu confederatio vobis, qui estis templum Dei, cum infidelibus, qui sunt templa idolorum, id est, diaboli, qui in idolis colendum se ingerit? Vult enim dicere non convenire ut fidelis jungatur infideli, sicut non convenit justitiam iniquitati, lucem tenebris, Christum Belial, templum Dei idolis jungi et sociari.

*Vos enim estis templum Dei vivi*, per fidem, gratiam, sanctitatem. Dicit ipsos fideles Dei veri ac vivi templum esse. Nec ait templa, sed templum, ut significet ita singulos esse Dei templa, ut tamen omnes unum Dei templum constituent; sicut constituunt unum corpus et unam Ecclesiam.

*Sicut dicit Deus.* Ipsius, inquit, Dei testimonio probamus vos esse Dei templum.

*Quoniam inhabitabo in illis, et inambulabo inter eos, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus.* Locus est Levit. 26, Ezech. 37. *Inhabitabo in eis*, per gratiam, quæ faciunt ut me colant; *et ambulabo in eis*, varias virtutum actiones quibus me colant, in eis exercitando atque operando. *Ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus*; ego me Deum illis præstabo; et

VERS. 17. — *PROPTER QUOD EXITE...* Secundam rationem desumit ex præcepto apud Isai. 52, 11, de fugiendis Babylonis et eorum immunditiis; quòd hic

ut populum meum eos diligam, protegam, beneficiisque fovebo.

VERS. 17. — *Propter quod exite de medio eorum, etc.*; Isaiæ 52: *Recedite, recedite, exite inde; pollutum nolite tangere; exite de medio ejus*, scilicet Babylonis. Fidelibus jubet ut infidelium nimia commercia vitent, et immundam, id est, immundos infideles non tangant, hoc est, cum eis non conversentur, malis non consentientes.

VERS. 18. — *Et ego recipiam vos*, scilicet de medio infidelium exuntes; q. d.: Non eritis desolati, si malum infidelium societatem reliqueritis; nam ego vos, ut dilectos et amicos meos beneficiis fovebo; relicta

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad præxim redigenda.*

1° Omnis et quilibet christianus attendat ad infinitam Deum in illum misericordiam, quæ res ab aeterno sic ordinavit, ut in tempore Christi, et in medio christianismi nasceretur.

Tempus Christi, christianismus, tempus est gratiæ, dies est salutis et æternæ vitæ. In hoc ergo tempore nasci, quanta gratia! Vide v. 2. Quomodo huic gratiæ debeamus respondere; vide ibidem. Caveamus ne in vacuum tantam gratiam receperimus, v. 1. Quis in vacuum eam recipiat, v. 1.

#### CAPUT VII.

1. Has ergo habentes promissiones, charissimi, mundum nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.

2. Capite nos. Neminem læsum, neminem corruptum, neminem circumvenimus.

3. Non ad condemnationem vestram dico: prædiximus enim, quod in cordibus nostris estis, ad commoriendum et ad convivendum.

4. Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis; repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostrâ.

5. Nam et cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugnae, intus timores.

6. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventu Titii.

7. Non solum autem in adventu ejus, sed etiam in consolatione, quod consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram emulationem pro me, ita ut magis gauderem.

8. Quoniam etsi contristavi vos in epistola, non me penitet; etsi peniteret, videns quòd epistola illa (etsi ad horam) vos contristavit;

9. Nunc gaudeo: non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad penitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis.

10. Quæ enim secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur; seculi autem tristitia mortem operatur.

adaptat. Si hoc Deus Judeis præcepit; quânto magis et christianis, qui sunt Judeis multo sanctiores.

VERS. 18. — *ET EGO RECIPIAM VOS*; Jeremiæ 31, 4 et 9; in paternam amicitiam.

seculi consolatione, transibitis in amicitiam meam, et bonorum meorum participationem.

*Et ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et filius.* Promissio est adoptionis filiorum novi Testamenti, quæ Deus sic aliquos in suam recipit amicitiam et gratiam, ut per eam efficiantur divine consortes nature, et per hoc celestium honorum hæredes ac participes. Id enim est esse Dei filium per adoptionem.

*Dicit Dominus omnipotens.* Addit Domino epitheton omnipotentis, ne de promissione ejus adimplendâ quis dubitet.

2° Omnis Dei minister à D. Paulo discat qualis esse debeat. Quæ vitia fugere, v. 5. Quas virtutes sectari, v. 4, 5, 6. Qualiter suum peragere ministerium, v. 7, 8, 9. Apostolicum autem vivendi modum ita legat in versibus 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, ut suum cum illo comparans, pudore afficiat, suumque corrigat.

3° Omnis prelati et pastor discat à divo Paulo paterna in suos subditos habere viscera; illos diligant ut filios, et ab eis amari velint ut patres, v. 11, 12, 15.

#### CHAPITRE VII.

1. Ayant donc reçu de telles promesses, mes très-chers frères, purifions nous de tout ce qui souille le corps et l'esprit, achevons l'œuvre de notre sanctification dans la crainte de Dieu.

2. Donnez-nous une place dans votre cœur. Nous n'avons fait tort à personne; nous n'avons corrompu personne; nous n'avons pris le bien de personne.

3. Je ne vous dis pas ceci pour vous condamner, puisque je vous ai déjà dit que vous êtes dans mon cœur à la mort et à la vie.

4. Mais je vous parle avec une grande liberté. J'ai grand sujet de me glorifier de vous; je suis rempli de consolation, je suis comblé de joie parmi toutes mes souffrances.

5. Car étant venus en Macédoine, nous n'avons eu aucun relâche selon la chair, mais nous avons toujours eu à souffrir, combats au dehors, frayeurs au dedans.

6. Mais Dieu, qui console les humbles et affligés, nous a consolés par l'arrivée de Tite;

7. Et non seulement par son arrivée, mais encore par la consolation qu'il à lui-même reçue de vous, m'ayant rapporté l'extrême désir que vous avez de me revoir, la douleur que vous avez ressentie, l'ardente affection que vous me portez, ce qui m'a été une augmentation de joie.

8. Car encore que je vous aie attristés par ma lettre, néanmoins je n'en suis point fâché, quoique je l'aie été auparavant, en voyant qu'elle vous avait attristés pour un peu de temps;

9. Maintenant j'ai de la joie, non de ce que vous avez eu de la tristesse, mais de ce que votre tristesse vous a portés à la pénitence. La tristesse que vous avez eue à été selon Dieu; et ainsi la peine que nous vous avons causée ne vous a été nullement désavantageuse.

10. Car la tristesse qui est selon Dieu, produit pour le salut une pénitence stable; mais la tristesse de ce monde produit la mort.

11. Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari vos, quantum in vobis operatur sollicitudinem; sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed emulationem, sed vindictam; in omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio.

12. Igitur, etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit injuriam, nec propter eum qui passus est; sed ad manifestandam sollicitudinem nostram, quam habemus pro vobis

15. Coram Deo; ideo consolati sumus: in consolatione autem nostrâ, abundantius magis gavisi sumus super gaudium Titî, quia relictus est spiritus ejus ab omnibus vobis.

14. Et si quod apud illum de vobis gloriatum sum, non sum confusus; sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita et gloriatio nostrâ, quæ fuit ad Titum, veritas facta est.

15. Et viscera ejus abundantius in vobis sunt: remaniscens omnium vestrum obedientiam; quomodo cum timore et tremore excepistis illum.

16. Gaudeo quod in omnibus confido in vobis.

11. Considérez donc combien cette tristesse selon Dieu, que vous avez ressentie, a produit en vous, non seulement de soin et de vigilance sur vous-mêmes, mais de satisfaction envers nous, d'indignation contre cet incestueux, de crainte de la colère de Dieu, de désir de nous revoir, de zèle pour vous défendre, d'ardeur à venger ce crime; vous avez fait voir, par toute votre conduite que vous étiez purs et irréprochables dans cette affaire.

12. Car lorsque nous vous avons écrit, ce n'est ni à cause de celui qui a fait l'injure, ni à cause de celui qui l'a soufferte; mais pour vous faire connaître le soin que nous avons de vous

15. Devant Dieu. C'est pourquoi nous avons été consolés: et outre la consolation que nous en avons reçue, notre joie s'est encore beaucoup augmentée par celle de Titus, voyant que vous avez tous contribué au repos de son esprit;

14. Et que si je me suis loué de vous, en lui parlant, je n'ai point eu sujet d'en rougir; mais qu'ainsi que nous ne vous avions rien dit que dans la vérité, aussi le témoignage avantageux que nous avions rendu de vous à Titus, s'est trouvé conforme à la vérité.

15. C'est pourquoi il ressent dans son cœur un redoublement d'affection envers vous, lorsqu'il se souvient de l'obéissance que vous lui avez tous rendue, et comment vous l'avez reçu avec crainte et tremblement.

16. Je me réjouis donc de ce que je puis me promettre tout de vous.

#### ANALYSIS.

§ 1. Ex Dei promissione nobis in fine capituli sexti factâ, quod Dei templum, imò filii simus; concludit Apostolus quod omnem debemus horrere corporis et animæ immunditiam: et e contra debemus omni studere sanctitati, nostram sanctificationem in Baptismo inchoatam perficientes per bona opera, in filiâli timore Dei facta.

§ 2. Pencil multa conficit: ad suam enim apologiam rediens, Corinthios rogat, ut eum in suo corde collocent, seu in amicitiam recipiant. Modeste autem suppressim ingenia quæ in eos contulit beneficia, ob quæ merito posset eorum amicitiam exigere; ipsis tantum allegat, quod nulli eorum fecerit injuriam, neminem corrumperit, neminem fraudaverit: quibus verbis pseudo-apostolorum vitia notans, indicat Corinthiis, quod se potius quam illos debeant diligere.

§ 5 et 4. Mirâ charitatis arte, tria simul præstat. 1° tenet quod v. 2 dixit; 2° sibi conciliat amicitiam, quam postulat, cordis sui in Corinthios effusione; 3°

1. Igitur, ut tam præclaris digni simus promissionibus, mundemus nos ab omni sordis carnis, ab omni labe mentis: sanctitatem in Baptismo acceptam, per eamdem Dei timorem, in nobis perficientes.

2. Amate nos, et in vestris cordibus collocate. Neminem læsimus, neminem falsâ doctrinâ corripimus, nihil à quopiam extorsimus; vestrâ ergo amicitia non sumus indigniores; quam qui talia perpetravit apud vos.

3. Hæc non dico, vos condemnans, sed vos diligens; etenim, ut jam dixi vobis, vos estis in cordibus nostris, sicut vos diligimus, ut æquè parati simus pro vobis et vobiscum mori, ac vivere.

4. Vobis libere loquor, quia magna mihi fiducia

sibi transitum parat ad id quod dicturus est de gaudio, quod ex eorum emendatione percepit.

§ 5. Antequam hoc suum gaudium explicet; exagerrat mala quæ recens in Macedoniâ passus est, intra et foris. Magna fuit tribulatio: at majus gaudium. 1° ob adventum Titî, Paulo charissimi, v. 6; 2° ob consolationem, quam Titus habuit apud Corinthios ex eorum penitentia, et quam Paulo communicavit, hæc eorum illi referens penitentiam, v. 7. Hinc v. 8 et 9, Paulum non penitet scripsisse; imò Paulus gaudet, non de Corinthiorum tristitia, sed de eorum penitentia, quia secundum Deum.

§ 10, 11, etc. Hujus salutaris penitentia signa et effectus refert: propter quæ consolatur Paulus; ipsis consolatio augetur Titî consolatione.

§ 15 et 16. Titus Corinthios tenerius diligit; et de ipsis gaudet Paulus, quod optima quæque potest in posterum ab illis expectare.

#### PARAPHRASIS.

in vobis, magna mihi et frequens apud alios de vobis, tantquam mihi addictis, gloriatio: repletus sum ob vos consolatione; imò abundo et superabundo gaudio; ita ut omnium tribulationum nostrarum molestiam superet, illisque sensum in vobis exstinguat hoc de vobis gaudium.

5. Non sine causâ tribulationes commemoro. Etenim cum in Macedoniam venissemus, nulla corpori nostro data est à laboribus relaxatio: sed undique pressi sumus: foris, apertis persecutionibus, intus, timoribus malorum, quibus erat præcavendum.

6. Sed Deus, afflictorum et maxime humilium consolator, nos consolatus est per adventum Titî nobis clarissimi, et tandem à nobis expectati.

7. Non solum autem per adventum Titî nos Deus consolatus est, sed etiam per consolationem, quam Titus ipse à vobis recepit, et quam in nos refudit, referens nobis vestrum vos emendandi desiderium; vestrum de peccatis vestris fletum et dolorem; ferventem vestrum erga me amorem, zelumque me tuendi contra obstrictores: ita ut, his auditis, magis gavissim, quam antea fueram contristatus de vestrâ morositudine.

8. Certè etsi vos contristavi per priorem Epistolam meam, cognitio nunc hujus tristitiæ fructu, non me penitet, quantum antea penituerit; quia videbam quod Epistola illa magnam vobis intulerat tristitiam, licet ad horam tantum duraturam.

9. Nunc gaudeo, non quia moestus fuistis, sed quia per mortificationem illam pervenistis ad penitentiam: contristati enim estis ob offensam Dei, unde meliores effecti estis; tantum abest ut ullum à nobis detrimentum passi sitis.

10. Illa enim tristitia quæ ex amore Dei est, et Deo placita, parit penitentiam stabilem et salutarem; tristitia vero quæ ex amore seculi est, mortem gignit æternam.

11. Ecce hoc ipsum in vobis videre est; etenim hæc vestra secundum Deum tristitia, quantum in vobis perperit sollicitudinem, non solum, sed et satisfactionem, quod vosmetipsos purgastis, non solum, sed et indignationem adversus incestuosum; non solum, sed et

VERS. 1. — Hæc ergo... Conclusio sequens ex dictis in fine cap. 6, v. 16, 17, 18.

HABENTIS PROMISSIONES, scilicet, nos fore templum Dei, et Deum in nobis habitaturum; nos fore Dei filios et filias, et Deum nobis fore Patrem.

MUNDEMUS NOS, scilicet, per penitentiam et per fugam peccati.

AB OMNI INQUINAMENTO CARNIS ET SPIRITUS, id est, ab omnibus sordibus peccati, seu carnalis, v. g., gula, luxurie, etc.; seu spiritualis, v. g., superbia, invidia, etc. Templum Dei sumus, cap. 6, v. 16, templum autem Dei decet mundities et sanctitudo. Itaque videte ne Dei templum quocumque peccato profanetis: et contra templum Dei ornate, munditiâ et sanctitate. Filii Dei sumus: sancti ergo sitis, sicut et Pater noster sanctus est.

PERFICIENTES, scilicet, per bona opera, sanctificationem nostram. In Baptismo sanctificati fuimus: et corpus nostrum et anima nostra sanctificata sunt.

VERS. 4. — Hæc ergo habentes promissiones, charissimi, nimirum, Christianos fore templum Dei, ejusque filios et filias, atque habituros Deum in se habitantem et inambulantem, uti processit.

Mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus. Hinc theologî sumunt divisionem peccati in carnale, quod versatur circa objectum carnale, facitque hominem quasi bestiam, uti est gula, libido, ebrietas; et spirituale, quod versatur circa objectum spirituale, facitque hominem quasi dæmonem, uti est ira, superbia, invidia.

Perficientes sanctificationem in timore Dei, perficientes quotidianò profectum sanctitatem in baptismo

timorem, ne quid tale deinceps contingat; non solum, sed et desiderium Dei satisfaciendi; non solum, sed et zelum et ardorem in flagitiosos; non solum, sed et vindictam, quâ punisistis seeleratum? Uno verbo, his omnibus declarastis vos puros et insontes esse in hoc negotio.

12. Proinde quod vobis hæc de re scripsi, non scripsi ejus tantum gratiâ, qui peccaverat, ut ejus salutem consulere; nec propter eum in quem peccatum est, ut satisfactionem illi providerem; sed etiam et præcipuè, ut meam erga vos omnes coram Deo pastorem sollicitudinem manifestarem; ne scilicet unius aut alterius lues totam Ecclesiam inficeret.

15. Idcirco, cognito successu, consolationem accipimus; at hæc nostra consolatio accrevit, fuitque multò uberior ob gaudium Titî; seu quod à vobis Titus secum attulit, mihi quæ communicavit; ex eo quod per vos omnes recreatus fuerit animus ejus.

14. Unde fit, ut si quid Titus, de vestro in me affectu glorians dixi; non sim pudefactus: sed sicut quocumque vobis dixi, vera comperis; sic et Titus vera comperit, amor ipsi dixeram glorians de vobis.

15. Hinc et amor illius in vos major et tenerior est, dum recordatur quâ promptitudine illi, mandata mea perferenti, obedivistis; quantâ cum reverentiâ ac timore illum ad vos venientem excepistis.

16. Gaudeo certè vos tales mihi comperis esse, ut nihil sit boni quod à vobis non possim expectare.

#### COMMENTARIA.

Hæc autem sanctificatio, quæ in Baptismo inchoata est, toto vite tempore perficienda est bonis operibus.

IN TIMORE DEI, filiali, scilicet, seu in amore, et eum amore facis. Timor filialis, non tantum initium, sed et perfectio veræ sanctitatis. Omnis ergo christianus, quia Dei templum et Dei filius, debet omne, seu carnale, seu spirituale peccatum horrere, fugere, detestari: sed hoc ei non sufficit. Debet præterea toto vite tempore sanctitati vacare, inchoatam in baptismo sanctificationem suam, bonis operibus in charitate et ex charitate facis perficere. Quanto magis sacerdos christianus, qui per consecrationem est quasi Christi pater, et in quo quodidè Christus per Sacramentum habitat etiam corporaliter; quanto magis, inquam, debet quodlibet horrere peccatum, et eminentiori studere sanctitati! *Mundamini quæ fertis vasa Domini; Isai. 52.*

VERS. 2. — CAPITIS NOS. Hæc conuersione ex proximè dictis deductâ, Apostolus ad suam apologiam redit; inchoatam; quia nimirum sanctitas consistit in munditiâ carnis et spiritus, inquinamento utriusque jam dicto contrariâ. *Perficientes, inquam, in timore, id est, per timorem Dei, cuius scilicet templum sumus.*

VERS. 2. — Capite nos, id est, amplectamini nos in visceribus charitatis, sicut ego vicissim toto vos animo complector. Ita Theoph. S. Thomas exponit capite nos per imitationem.

Neminem læsimus, injuriâ affectimus. *Neminem corripimus, quod fit per mala: vitæ exempla. Corripuit bonos mores colloquia prava.*

Neminem circumvenimus, neminem fraudavimus, nullius rem extorsimus, vel vi aut fraude occupavimus.

et alludens ad id quod v. 12 dixit: *Dilatamini et vos*, ait:

*Capite nos*, id est, recipite nos in cordibus vestris: seu, ut ait Ambrosius, capaces estote nostri. Verbum Græcum significat receptionem locati in loco, quasi diceret: Locate nos in cordibus vestris; concedite nobis locum in eis non arctum, sed amplum: ideò, *dilatamini et vos*.

*Capite nos*, id est, amate nos; quoniam non dixit, amate, sed quod miserationem redolebat: *Capite*. Quisnam nos, inquit, à vestris mentibus abegit? quis eiecit? quid causæ est, quamobrem in vobis coarctemur? *Capite nos*; atque hæc rursus ratione ipsos ad se pertrahit; D. Chrysostomus.

NEMINEM LESIMUS... Vidisti charitatis Paulinæ flammam et ardorem in verbo; *Capite nos*, amate nos. Ille observa modestiam et prudentiam ejus. Non enarat sua in eos beneficia, ob quæ deberent eum amare; sed his, modestiæ causâ, suppressis *neminem*, inquit, *lesimus*, id est, nihil fecimus ob quod à vobis minus amemur. Hoc quidem modestè dicit, sed et prudenter; ut et minus molestiæ habeat oratio, et acrius tamen feriat, ait D. Chrysostomus. Quasi diceret: Si neminem læsi, cur ergo à multis minus diligor, et minus diligor, quam qui vos ledunt. Notat hic pseudo-apostolus, suosque mores innocuos vitiosus illorum moribus opponit.

NEMINEM LESIMUS. Græc., *injuriâ fecimus*. Syr., *in neminem iniquè egimus*.

NEMINEM CORRUPTIMUS, falsâ doctrina, aut malo exemplo.

NEMINEM CIRCVENVENIMUS, id est, neminem fraudavimus, res illius dolo, vel arte extorquentes. *Neminem deprædati sumus*, ait Arab. versio. Cur ergo minus à vobis diligimur, quam qui talia perpetravit apud vos? Hoc Corinthios arguit injustitiæ; qui falsos doctores, corruptores, et dolosos raptores, pluris faciebant quam apostolos, veritatis doctores, et sanctitatis magistros et exempla. Et hæc dicit asperitatem, licet non aperitam, seniens Apostolus, sermonem suum temperat.

VERS. 5. — NON AD CONDEMNATIONEM... Ne exacerbet eos, quos vult demulcere, corrigit, aut saltem lenit, quod dixit. Non averso animo, vobis hæc dico, et ut condemnem; sed ex charitate, et quia diligo: etenim jam pluries dixi vobis: *Vos estis in cordibus nostris*, cap. 6, v. 11; cap. 5, v. 52; vosque ita diligo, ut vobiscum, et pro vobis æque paratus sim et mori et vivere. Vide cap. 12, v. 15: *Libentissimè impendar et superimpendar*.

VERS. 5. — Non ad condemnationem vestram dico, quasi damnem, culpam et arguam vos talia de me superari, quod scilicet aliquem læsarem, aut circumvenirem. Ita Anselmus.

*Prediximus enim quod in cordibus nostris estis, ad commorandum, et ad convitendum*; q. d.: Ita vos amo, ut vobiscum et pro vobis mori et vivere paratus sim.

VERS. 4. — *Multa mihi fiducia est apud vos*, id est, ita bene de vobis sentio, ut cum magna fiducia et sermone libertate vobiscum agam, vosque etiam admodum, confidens vos benigne ac placidè meas admonitiones et inreparationes accepturos.

VERS. 4. — *Multa mihi fiducia*... Hæc dicit, tum ut excuset suam cum eis loquendi libertatem, tum et ut hæc sui cordis apertione et effusione, eorum corda dilatet; sibi quæ amicitiam conciliet, quam ab eis postulat: tum denique ut molliorem transitum sibi faciat ad gaudium, de quo v. 6 dicturus est ob eorum emendationem. Sancta ergo et mirâ arte tria simul præstat: excusat, dilatât, transit.

MAGNA MIHI FIDUCIA IN VOBIS. De vestrà amicitia multum confido; hinc vobis liberè loquor.

MULTA MIHI GLORIATIO PRO VOBIS, id est, de vobis: seu multum et sæpè de vobis apud alios glorior.

REPLETUS SUM CONSOLATIONE, à vobis emanante, ob vestram emendationem, de qua brevi.

SUPERABUNDO GAUDIO; non tantum plenus sum, sed abundo; non tantum abundo, sed superabundo gaudio: ita ut gaudium super omnem tribulationem nostrarum tristitiam, licet magnam, prævaleat, illiusque sensum extinguat in me.

*Notanda ad intelligentiam.*

Hæc apostolica verba miram mihi redolent charitatem, quâ Paulus Corinthiorum pater, inexplicabili filiorum suorum salutis siti flagrans; eorum sibi benevolentiam, amicitiam, fiduciam, sollicitè et ardentè curat; ut et illorum sanationem perficiat, et sanctificationem absolvat. *Multa mihi fiducia*... suum eis cor aperit ut et ipsi suum aperiant; confidit, ut confidant. *Multa mihi gloriatio*... existimat, pluris facit illos; gloriatur de illis, sicut pater de filiis sapientibus: ut et ipsi suum patrem æstimet, venerent, eique obediant. *Repletus sum*... *superabundo gaudio*... Ob illorum emendationem exuberat gaudio; ut alacrius et constantius in poenitentia perseveret; suaque in bono perseverantia, patrem et apostolum suum, sibi charissimum, lætitiâ perfundant.

*Notandum ad mores.*

Ab hoc apostolicæ charitatis exemplo discat omnis ecclesiasticus superior, summam erga suos inferiores exhibere charitatem; multam illis fiduciam testari; suam de eorum virtutibus existimationem, ubi opus est, manifestare. Caveat maximè ne subditi putent se non diligunt, non curari, non æstimari; hinc enim sehi-smata. Curet è contra ut sciant se suo superiori esse cordi, curæ, existimationi; hinc unio, pax. Propterea Pauli secutus exemplum, confidat; ut et ipsi confidant. *Multa mihi fiducia*. Glorietur, ut et ipsi gloriatur. *Multa mihi*... Gaudeat de eorum virtutibus, ut in bono perseverent. At hæc, sicut in Apostolo, sincera sint, non hypocritica; ex charitate nascentur, non ex

*Multa mihi gloriatio pro vobis*, de vobis; id est, multum ac sæpè apud alios de vobis ac vestri nomine glorior, prædicans obedientiam vestram erga me apostolum et patrem vestrum.

*Repletus sum consolatione*, id est, maximum solatium super malis quæ passus sum, attulit mihi vestra correctio, per Titum annuntiata.

*Superabundo gaudio in omni tribulatione nostrâ*, id est, in omnibus afflictionibus et pressuris quæ mihi tristitiam afferunt, tam exuberantè gaudio à vobis profecto perfusus sum, ut omnem tristitiam exstinxerit.

cupiditate, seu ex philantia. His sincera claritatis indicis, superior suos inferiores sibi devinciet, illorum sibi fiduciam conciliabit; sibi autem fidentes, et fiducialiter secum agentes, pacificè reget, in charitate perficiet et sanctificabit.

VERS. 5. — *Nam et cum venissemus*... Antequam suum eis explicet gaudium, exponit quæ et quanta fuerit tribulatio, quam recens passus est, et quam tegit in v. 4. Narrat ergo adversa quæ in Macedonia recentè passus est, eaque exaggerat; ut clarius pateat quantum sit illud gaudium, quod tot et tantorum malorum tristitiæ prævaleat. Nam post acerbam tribulationem, quæ nobis in Asiâ facta est, de quâ cap. 1, v. 8, cum hinc Epheso pulsî venimus in Macedoniam.

NULLAM REQUIEM, aut relaxationem HABUIT CARO NOSTRA, seu corpus nostrum. Caro requiem non habuit, sed habuit spiritus. Spiritus enim requievit in spe futuræ retributionis, dum caro laboraret in dolore presentis afflictionis, ait S. Anselmus. Anima Pauli invincibilis erat, ait Theophylactus. Renovatur de die in diem, ut dixit ipse Paulus, cap. 4, v. 16.

SED OMNEM TRIBULATIONEM... Græc., *sed in omnibus afflictis*, supple fuimus, sed potius omne genus afflictionum experti sumus.

FORIS PUGNÆ, extra nos, apertas sustinimus ab infidelibus persecutiones.

ISTES TIMORES, in corde timores novarum et secretarum persecutionum, quibus præcavendum erat et hic sensus videtur naturalior. Vel timores, ne fides impedimentum, aut scandalum pateretur, ait Primasius à Fromondo citatus. Vel ne qui nuper erant conversi, deficerent, ait S. Anselmus, qui etiam sic interpretatur: Foris pugnæ, ab apertis inimicis. Intus timores, à falsis fratribus. Sic et Ecclesia, addit idem sanctus, semper habet inimicos et quos ferat foris, et quos gemat intus; foris facilius evitabiles, intus difficultius tolerabiles. Sunt enim falsi fratres, sunt mali filii, et tamen filii; qui non contra nos blasphemant Christum: sed nobiscum adorant Christum, et in nobis persequuntur Christum, sicut Absalon patrem suum. De his est timor in Ecclesiâ, ne ceteros ad imitationem sui pertrahant: valde enim periculosum est infirmis habitare cum talibus; hincque D. Anselmus. Nota quòd Lucas, in Act. apost., cap. 20, meminit quidem hujus itineris in Macedoniam, sed nullam hujus tribulationis facit mentionem; unde colligitur quòd multa fecit et passus est D. Paulus, quæ D. Lucas non retulit.

VERS. 5. — *Nam et cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra*. Tanta mala repente nobis excitata sunt ab adversariis, ut carni, id est, corpori nostro, quod sine fomentis et requie diu subsistere nequit, nulla daretur relaxatio, nulla requies.

*Sed omnem tribulationem passi sumus*; undique tribulationes irruunt in nos.

*Foris pugna, intus timores*. Exterius erat nobis pugandum cum hostibus Evangelii; interioris verò, id est, in animo patiebantur timores novarum persecutionum.

VERS. 6. — *Sed qui consolatur humiles*... Grande quidem fuit illud malum, quod et foris et intus passi sumus, sed prævaluit gaudium. Nam Deus afflictorum, et maximè humilium consolator, nos consolatus est per adventum Titî, à vobis ad me reversi, et mihi de vobis bona et gratissima nuntians. Titum D. Paulus miserat ad Corinthios, ut per eum cognosceret quid apud eos operata esset prior Epistola, quam ad eos scriperat; hinc cap. 2, v. 15, Titum Paulus Troade quæsierat; et eo ibi non reperto, transitit in Macedoniam, nolens ire Corinthum, antequam hujus Ecclesiæ statum cognovisset. Titus ergo D. Paulo charissimus, et ab eo diti et sollicitè expectatus, Corintho tandem adventit ad Paulum, ut hinc hinc Corinthiorum emendationem narrat. Hinc Apostolo magna consolatio, et quòd Titus redierit, et quòd Corinthii respiciant.

VERS. 7. — *NON SOLEM AUTEM*... id est, non solum autem per adventum Titî, quem vehementer optabam, nos Deus consolatus est; sed etiam per consolationem, quam ipse Titus de vobis accepit, et quam in nos refundit.

REFERENS NOBIS VESTRUM DESIDERIUM. Syr., *vestram charitatem erganos*. Ipse enim nobis annuntiavit vestrum mei videndi desiderium; seu quanto ardore nos videre cupiebatis. S. Anselmus ait, *vestrum de emendatione desiderium*. D. Thomas: *Vestrum desiderium de profectio in melius*.

VESTRUM FELTUM, ob peccata vestra, vel ob meam in vos stomachationem, ait D. Chrysostomus.

VESTRAM EMULATIONEM PRO ME, id est, ferventem erga me amorem vestrum, zelum me et collegas vestros tuendi contra obtractores.

ITA UT MAGIS GAUDEREM. Syr., *quæ cum audirem, gaudii plurimum habui*. Juxta hanc versionem, quam multi sequuntur, *magis*, ponitur *pro maxime*; et explicatio hæc simplicior videtur. Qui vero sumunt *magis*, comparativè; hic secundum diversos respectus comparationis, diversimodè explicant. Vel per respectum ad superiora. *ITA UT MAGIS GAUDEREM* de vestrà correctione quam dolebam de nostrâ tribulatione, ita D. Anselmus. Vel ita ut consolatio Titî auxerit meum de ejus adventu gaudium: ex presentia Titî exhilaratus, magis gavissus sum, quia talia mihi de vobis nuntiavit, ait Theophylactus.

Per respectum ad sequentia; ita ut his auditis magis gavissus sim, quam antea fueram ob vestra delicta contristatus. (*Et si pariteret.*)

Vel ita ut ex auditis majus perciperem gaudium quam fuerat dolor, senseram ex eo quòd vos in Epi-

VERS. 6. — *Sed qui consolatur humiles*, etc., quia Titus Corintho reversus, bona de statu Corinthiorum annuntiabat.

VERS. 7. — *Non solum autem in adventu ejus, vestram correctionem annuntians*.

*Sed etiam in consolatione, quæ consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, emendationis*.

*Vestrum felitum, pro peccatis poenitentiam. Vestram emulationem pro me*, quæ scilicet me, memique honorem et apostolorum zelus contra obtractores luert et propagare. *Ita ut magis gauderem*. Apostolus,

stolâ contristâssém. (*Quoniam etsi contristati.*)

VERS. 8. — QUONIAM ETSI CONTRISTAVI VOS.... Hinc occasione accipit excusandi se, quod in Epistola sua gravius eos increpaverit; et tristitia, quam illis causavit, meum ostendit. Certè, etsi vos, per priorem epistolam, contristavi, vos in eâ durius increpans, nunc cognito hujus tristitiæ fructu, non me poenitet.

ETSI POENITERET, id est, etsi poeniterit aliquantulum, ante adventum Titî, cum adhuc incertus essem de operato Epistolæ meæ successu, poenitèbat me vos contristâsse. Non poenitit Paulum scripsisse: quia et Dei spiritu allatus scripsit; et id postulabat Ecclesiæ Corinthiæ status. Sed ipsum poenitit de aliquo Epistolæ suæ effectu, scilicet de tristitiâ, quam causavit filiis suis. Non secus ac pater condelet dolori, quem filio, per reprehensionem aut castigationem causavit. Hoc explicat sequentibus verbis.

VIDENS QUOD EPISTOLA ILLA.... Poenitit; quia patebat quod Epistola illa magnam vobis intulerat tristitiam, licet ad tempus tantum duraturam.

Nota quod in nostrâ Vulgata, hæc verba, videns quod Epistola illa... junguntur immediatè præcedentibus, ita ut causam significant, cur Paulum poeniterit; quia patebat quod Epistola illa... In Græco autem, ubi post hæc verba; *etsi poenitèbat*, finitur periodus; et nova inchoatur, per hæc verba, videns, seu, video quod, datur ratio cur Paulum non poeniteat: *Non me poenitet, quia video quod ad breve tempus vos contristavit.*

VERS. 9. — NUNC GAUDEO..., non quia mœsti fuissetis, licet ad horam tantum; sed quia per mortificationem illam pervenissetis ad poenitentiam. Non vestra tristitia, sed poenitentia vestræ tristitiæ fructus, mihi gaudium peperit. Sicut medicus non gaudet de amaritudine, sed de effectu, scilicet de sanitate, ait D. Thomas.

CONTRISTATI ENIM ESTIS SECUNDUM DEUM, id est, juxta Dei voluntatem et beneplacitum: scilicet ob offensam Dei.

UT IN NULLO... ita ut nullum ex vobis detrimentum passis sitis, seu ob nostram correctionem; quinimò lucrum maximum feceritis; meliores enim effecti estis; Deique gratiam recuperastis.

auditis iis que Titus referèbat, majus gaudium ex eis cepit, quam fuerat dolor quem perceperat ex eo quod Corinthios sua Epistola contristasset.

VERS. 8. — Quoniam et si contristati vos in Epistola, non me poenitet: non dico me ea scripsisse que vos contristarent, postquam Titus à vobis reversus annuntiavit quem fructum peperit in vobis illa nostra severior objurgatio.

Etsi poeniteret, videns quod Epistola illa (etsi ad horam) vos contristati, tamen profuit vobis, vosque commovit ad agendam poenitentiam, que vobis jugem conscientie pacem et lætitiâ conciliavit.

VERS. 9. — Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam; q. d.: Non gaudeo de tristitiâ vestrâ, sed de fructu tristitiæ, qui est poenitentia seu correctio vestra. *Contristati enim estis secundum Deum*, id est, tristitiâ procedenti ex amore Dei et justitiæ quam Deus præcipit; non autem ex amore seculi, quam statim post vocat *seculi tristitiâ*. Etenim qualis amor est, talis et tristitiâ.

VERS. 10. — QUÆ ENIM SECUNDUM DEUM... Nota cum D. Thomâ, quod omnis tristitiâ ex amore causatur; tristatur enim quis, quia caret eo quod amat. Qualis ergo amor, talis et tristitiâ. Est autem duplex amor; unus, quo Deus diligit; et ex hoc oritur tristitiâ secundum Deum: alius, quo seculum amatur; et ex hoc causatur tristitiâ seculi. Tristitiâ ergo secundum Deum, est tristitiâ ex amore Dei orta, ob Deum offensum. Et hæc tristitiâ parit poenitentiam. Est quidem poenitentia, quia dolor de peccato ob Deum sicque contritio est. Et parit poenitentiam, scilicet actus satisfactorius poenitentia, quos versiculo sequenti refert Apostolus.

IN SALUTEM STABILEM. Græc., *hanc poenitentiam*, id est, que poenitentia est causa salutis æternæ et nunquam poenitende. Vel parit poenitentiam stabilem et salutarem. Seculi autem tristitiâ, seu de secularibus amissis, de opibus, honoribus, et ex cupiditate orta, non moror ad peccata duxtaxat utilis est. Quod hinc liquidò perspicui potest: etenim qui ob amissas opes in merore est, incommodam acceptum, hæc ratione non resarcat: qui ob alicujus mortem, ob morbum, etc., merore discruciat; jacemem non excitat, morbum non repellit, imò auget, etc. Atqui ob peccata in merore est, is solus è merore fructum capit: peccata enim assumit ac delet. Quoniam enim medicamentum istud ad hoc tantum comparatum est: idcirco hic etiam duntaxat vim hæbet, utilitateque suam exerit; in aliis rebus non modò non juvat, sed etiam obest, divus Chrysostomus. Hincque;

VERS. 11. — ECCE ENIM HOC IPSUM..., hoc ipsum, scilicet, quod tristitiâ secundum Deum, poenitentiam pariat salutarem, in vobismetipsis videte.

IN OMNIBUS EXHIBUITIS... Tot argumentis manifestâtis vos insontes esse et puros à participatione criminis in hoc incestuosi negotio.

IGITUR ETSI SCRIPSI... Igitur quod vobis hæc de re scripsi, scripsi non tantum ut ejus, qui peccaverat, salutem consulere, scilicet incestuosi: nec etiam propter eum qui passus est injuriâ, seu patris illius, ut ei satisfactionem providerem.

Hinc inferunt quod viveret adhuc ille pater, cujus uxorem filius acceperat.

Sed, etiam et præcipue ut MEAM ERGA VOS PASTORALEM SOLICITUDINEM CORAM DEO, et circa vestram salutem manifestarem. Græc., *studium vestrum pro nobis*; Syr., *ut immolescat coram Deo diligentia vestra propter sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed emulationem, sed vindictam*; q. d.: Tristitiâ hæc de Deo offensus non tantum induxit sollicitudinem reconciliationis; sed et defensionem Pauli; imò indignationem contra peccatum, insuper timorem sanctum cavendi deinceps peccata, quinimò desiderium satisfactionis, imò verò emulationem et zelum contra peccatores, adeoque tandem vindictam et castigationem peccatorum, qui summus est poenitentiæ gradus et fructus.

In omnibus exhibuitis vos incontaminatos esse negotio; Syrus: *Ostendistis quod puri sitis in illo negotio*; id est, à fornicarij peccato alieni et immunes; licet enim id initio punire neglexeritis, jam tamen displicentiam ejus ostendistis illud vindicando et poenitendo. Ita Anselmus et Theophylactus.

VERS. 12. — Igitur, etsi scripsi vobis non propter eum qui fecit injuriam, non propter fornicarium, nec propter eum qui passus est, id est, qui injuriâ affectus est, nimirum pater, cujus uxore, sua scilicet nocerâ, ille incestuosus abusus est.

Sed ad manifestandam sollicitudinem nostram, q. d.: Cum priori Epistola acrius scripsi, non particulares incestuosos, vel parentis ejus injurias persequi volui; sed ostendere sollicitudinem quam pro communi Ecclesiæ vestræ salute gero, ut scilicet ab eâ commune hoc scandalum et publicam infamiam depellerem.

Quam habentis pro vobis coram Deo. Significat sollicitudinem suam fuisse sinceram et ex charitate profectam, qualem veit probari coram Deo giudice.

VERS. 13. — Ideo consolati sumus. In consolatione autem nostrâ, abundantius magis gavisi sumus super gaudio Titî. Id est, idcirco consolationem accepimus ex consolatione vestri; quin uberius insuper gavisi

nos, id est, ut appareat quantum me ametis coram Deo.

VERS. 15. — Ideo consolati sumus, ob hæc hæc dicta consolationem accepimus.

IN CONSOLATIONE AUTEM NOSTRA.... At hæc nostra consolatio multum accrevit, fuit uberius ob gaudium Titî: eò quod spiritus ejus ab omnibus vobis fuerit refocillatus, recreatus.

VERS. 14. — Etsi quid apud illum...; ita ut si quid ei, cum illum ad vos mitterem, magnificè dixi de vobis, scilicet, de vobis glorians, ut pater de filiis sapientibus; non erubescam de hæc meâ gloriacione: sed sicut quæcumque vobis de Tito dixi, per experientiam versa comperistis: sic et Titus vera comperit, que ipsi dixeram de vobis. Imò tam verâ, ut ipsa appareat veritas.

Vero simile est quod illis de Titî laudibus multa dixerit, ait D. Chrysostomus.

VERS. 15. — ET VISCERA EJUS...; hinc tenerius in vos affectus est, dum recordatur quâ promptitudine, etc. Vide paraphrasim.

VERS. 16. — CATHEO QUOD..., quod tales sitis, ut possim in omnibus optima queque de vobis polliceri. Confidenter et libere possum vos monere, arguere, corrigere, optima proponere, v. g., elemosynam, seu bonorum vestrorum in pauperes largitionem, de quâ cap. 8.

Sicut sapiens medicus jam penè sanata vulnera lenissimis medicamentis curat, ut prius inreperatio nis ustura sanetur; D. Anselmus.

faimus ob gaudium Titî, quod recreatus sit spiritus illius ab omnibus vobis.

Quia refectus est spiritus ejus ab omnibus vobis, recreatus fuit vestri correctione, flatu, zelo.

VERS. 14. — Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus, tanquam inaniter et falso gloriatus.

Sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, id est, sicut quæcumque vobis tanquam apostolus prædicavi vera fuerunt, quia sermo noster qui fuit apud vos, non est in illo Est et Non, sed Est in illo fuit.

Ita et gloriatio nostra que fuit ad Titum, veritas facta est, hoc est, ita et veritas me quibus apud Titum de vobis fueram gloriatus, comperita sunt esse vera. Titus enim tales vos invenit, quales ego vos apud eum descripsi.

VERS. 15. — Et viscera ejus abundantius in vobis sunt. Viscera vocat intimos affectus. Cor et viscera ejus magis jam in vos propendunt quam ante; plus jam vos diligit Titus quam ante.

Remissiscentis omnium vestrum obedientiam; dum recordatur et secum recollit quantâ eum obedientiâ suscepistis nostra monita, que ad vos deduit.

Quomodo cum timore et tremore exceperistis illum; hoc est, dum iterum recordatur quantâ cum sollicitudine eum à nobis missum suscepistis, metuentes ne quid in vobis esset quod eum offenderet.

VERS. 16. — Gaudeo quod in omnibus, etc. Gaudeo me tantum fiducia invenisse apud vos, ut absque periculo offensiois possim libere vobiscum agere, monendo, corripiendo, increpando, atque etiam petendo quippiam à vobis. Adnotat enim (Eumenius hoc dicere Apostolum ut vitam præstruat orationi subsequenti de elemosynâ.

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.*

1<sup>o</sup> Notet omnis christianus rationes, ob quas toto vitæ tempore debet horrere peccatum, sanctitati verò continuè studere, v. 1.

2<sup>o</sup> Notet omnis superior ecclesiasticus sanctam et mirandam artem, quâ divi Pauli charitas erga Co-

## CAPUT VIII.

1. Notam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedoniae.

2. Quòd in multo experimento tribulationis, abundantia gaudii ipsorum fuit : et altissima paupertas eorum abundavit in divitias simplicitatis eorum.

3. Quia secundum virtutem, testimonium illis reddo, et supra virtutem voluntarii fuerunt.

4. Cum multâ exhortatione obsecrantes nos gratiam et communicationem ministerii quod fit in sanctis.

5. Et non sicut speravimus, sed semetipsos dederunt primum Domino, deinde nobis per voluntatem Dei.

6. Ita ut rogaress Titum, ut quemadmodum cepit, ita et perficeret in vobis etiam gratiam istam ;

7. Sed sicut in omnibus abundantis fide, et sermone, et scientiâ et omni sollicitudine, insuper et charitate vestrâ in nos, ut et in hac gratiâ abundetis.

8. Non quasi imperans dico ; sed per aliorum sollicitudinem, etiam vestræ charitatis ingenium bonum comprobans.

9. Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopiâ vos divites essetis.

10. Et consilium in hoc do : hoc enim vobis utile est, qui non solum facere, sed et velle coepistis ab anno priore :

11. Nunc verò et facto perficite : ut quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit et perficiendi ex eo quod habetis.

2. Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet.

13. Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate.

14. In presenti tempore vestra abundantia illorum inopiam supplet ; ut et illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est :

15. Qui multum, non abundavit ; et qui modicum, non minoravit.

16. Gratias autem Deo, qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde Titii.

17. Quoniam exhortationem quidem suscepit : sed cum sollicitus esset, suâ voluntate profectus est ad vos.

18. Misimus etiam cum illo fratrem, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias :

rinthios utitur, v. 4. Ut eam in suos subditos imitetur suo modo, ibid., v. 4. Notet tamen in Corinthiis effectus tristitia, quæ secundum Deum est, seu veræ poenitentia ; ut eam in suis subditis, ubi opus fuerit, non vereatur suis correctionibus procurare, v. 10.

## CHAPITRE VIII.

1. Il faut maintenant, mes frères, que je vous fasse savoir la grâce que Dieu a faite aux Eglises de Macedoniae.

2. C'est que leur joie s'est d'autant plus redoublée, qu'ils ont été éprouvés par de plus grandes afflictions ; et que leur profonde pauvreté a répandu avec abondance les richesses de leur charité sincère.

3. Car il est vrai, et il faut que je leur rende ce témoignage, qu'ils se sont portés d'eux-mêmes à donner autant qu'ils pouvaient ; et même au-delà de ce qu'ils pouvaient ;

4. Nous conjurant avec beaucoup de prières de recevoir leurs aumônes, et de souffrir qu'ils eussent part à la charité qu'on fait aux saints.

5. Et ils n'ont pas fait seulement en cela ce que nous avions espéré d'eux ; mais ils se sont donnés eux-mêmes, premièrement au Seigneur, et puis à nous par la volonté de Dieu ;

6. C'est pourquoi nous avons prié Tite, que, comme il a déjà commencé, il achève de vous rendre parfaits en cette grâce :

7. Et que, comme vous êtes riches en toutes choses, en foi, en paroles, en sciences, en toutes sortes de soins, et dans l'affection que vous nous portez, vous le soyez aussi en cette grâce.

8. Ce que je ne vous dis pas néanmoins pour vous imposer une loi, mais seulement pour vous porter, par l'exemple de l'ardeur des autres, à donner des preuves de votre charité sincère.

9. Car vous savez quelle a été la bonté de notre Seigneur Jésus-Christ, qui, étant riche s'est rendu pauvre pour l'amour de vous, afin que vous devinsiez riches par sa pauvreté.

10. C'est donc ici un conseil que je vous donne, parce qu'il vous est utile, et que vous n'avez pas seulement commencé les premiers à faire cette charité, mais que vous en avez de vous mêmes formé le dessein dès l'année passée.

11. Achevez donc maintenant ce que vous avez commencé dès lors, afin que, comme vous avez une prompte volonté d'assister vos frères, vous les assistiez aussi effectivement de ce que vous avez.

12. Car lorsqu'un homme a une grande volonté de donner, Dieu la reçoit, ne demandant de lui que ce qu'il peut, et non ce qu'il ne peut pas.

13. Et ainsi je n'entends pas que les autres soient soulagés, et que vous soyez surchargés ; mais que, pour ôter l'inégalité,

14. Votre abondance supplée maintenant à leur pauvreté, afin que votre pauvreté soit soulagée par leur abondance, et qu'ainsi tout soit réduit à l'égalité, selon qu'il est écrit.

15. Celui qui en recueille beaucoup n'en est pas plus que les autres ; et celui qui en recueille peu, n'en est pas moins.

16. Or, je rends grâces à Dieu de ce qu'il a donné au cœur de Tite la même sollicitude que j'ai pour vous.

17. Car non seulement il a bien reçu la prière que je lui ai faite ; mais s'y étant porté de lui-même avec encore plus d'affection, il est parti de son propre mouvement pour aller vous voir.

18. Nous avons envoyé aussi avec lui notre frère, qui est devenu célèbre, par l'Évangile, dans toutes les

19. Non solum autem, sed et ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostræ in hanc gratiam, quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam, et destinatum voluntatem nostram :

20. Deviantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis.

21. Providemus enim bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.

22. Misimus autem cum illis et fratrem nostrum, quem probavimus in multis sæpe sollicitum esse, nunc autem multo sollicitiorem, confidentiâ multâ in vos.

23. Sive pro Tito, qui est socius meus et in vos adiutor, sive fratres nostri, apostoli ecclesiarum, gloria Christi.

24. Ostenstionem ergo, quæ est charitatis vestræ, et nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in faciem ecclesiarum.

## ANALYSIS.

In hoc capite Corinthios hortatur ad clemensiam pauperibus Jerosolymitanis faciendam. Hujus autem exhortationis exordium ducit ab exemplo Macedoniae, quos ex omni parte commendat, ut Corinthios ad imitationem pressius excitet.

§ 1, 2, 3, 4, 5. Quamvis pauperes sint, et exhausti, fuerunt tamen liberales, pro viribus, et supra vires ; voluntarie, imò cum precibus, non sua tantum dederunt ; sed et semetipsos, pœnos ad omnem Dei voluntatem et nostram.

§ 6. Hoc eorum exemplo motus, Paulus Titum rogat, ut ad Corinthios redeat, eos ad eandem beneficentiam hortaturus ; imò ad abundantiores, quò Corinthii sunt in omnibus ditiores, v. 7.

§ 8. Hæc in re nihil imperat Apostolus, ne Corinthios tenaciores lædat ; sed eos hortatur 1<sup>o</sup> exemplo Macedoniae ; 2<sup>o</sup> et præcipiunt exemplo Christi Domini, qui dives existens ut Deus, mendicavit ut homo, ut nos illius inopiâ dilectemur, v. 9 ; 3<sup>o</sup> ex ipsorum proposito et voluntate, ut qui sponte suâ et voluerunt et primum coepe-

## PARAPHIRASIS.

1. Scire vos volo, fratres, gratiam admirandam, quam Deus contulit ecclesiis Macedoniae.

2. Primum ergo notum vobis facio, quòd per multas tribulationes probati, non modo constantes fuerunt, sed et lætati sunt, et valde lætati : notum quoque vobis facio, quòd licet extremè pauperes, fuere tamen liberalissimi ; abundanter et sincero corde in usum pauperum contulerunt.

3. Fuere, inquam, liberalissimi ; quia pro viribus, et supra vires (testor ego, qui adsum), non rogati, sed spontè et ultrò sua largiti sunt.

4. Instanter à nobis obsecrantes gratiam communicandi ministerio, quòd fit in sanctis.

5. Et non hoc tantum fecerunt quòd sperabamus, sed et semetipsos totos obtulerunt Christo Domino ; et nobis, ejus ministris, ad omnem Dei voluntatem.

6. Et hæc Macedoniae beneficentiâ motus, Titum rogavi, ut ad vos redeat, suis exhortationibus per-

S. S. XXIV,

(Vingt-six.)

19. Et de plus, c'est aussi lui qui a été choisi par les églises pour nous accompagner dans nos voyages, et prendre part au soin que nous avons de procurer cette assistance à nos frères, pour la gloire du Seigneur, et pour seconder notre bonne volonté.

20. Notre dessein a été d'éviter que personne ne puisse rien nous reprocher sur le sujet de cette aumône abondante, dont nous sommes les dispensateurs ;

21. Car nous tâchons de faire le bien avec tant de circonspection, qu'il soit approuvé, non seulement de Dieu, mais aussi des hommes.

22. Nous avons envoyé encore avec eux notre frère, que nous avons reconnu zélé et vigilant en plusieurs rencontres, et qui l'est encore beaucoup plus en celle-ci, à cause de la grande confiance qu'il a en vous.

23. Soit à cause de Tite, qui est uni avec moi, et qui travaille comme moi pour votre salut, et nos autres frères qui sont les apôtres des églises, et la gloire de Jésus-Christ.

24. Donnez-leur donc devant les églises des preuves de votre charité ; et faites voir que c'est avec sujet que nous nous sommes loués de vous

tant hoc idem facere : quod ergo ab anno præterito, et spontè voluntatis et coepistis, nunc perficite pro viribus, v. 10, 11.

§ 12. Nihil exigit supra vires : nec vult ab eis in tantâ copiâ dari, ut ipsis sit rei familiaris angustia, dum pauperes Jerosolymitanis, ab eis dilati, erunt in abundantia, v. 15. Sed optat, hoc charitatis commercium, quandam inter divites et pauperes æqualitatem fieri : nunc in hac re divites ex abundantia suâ dent pauperibus ; ut in futuro, ex spirituali pauperum abundantia recipiant, sicut neutri in neutrò deficiant, v. 14, 15.

§ 16, 17, 18, 19, 22. Laudat Titum et alios duos celebres, quos Corinthum mittit ad hanc elemosynarum collectionem.

§ 20 et 21. Tales ac tantos viros mittit, ne vel minima sit de eis suspicio.

§ 23 et 24. Ex tantorum virorum gravitate urget Corinthios, ad tantum et tale charitatis specimen exhibendum, ut de eis ipse merito possit gloriari.

acturus hanc quoque beneficentiam, quam incepit, cum esset apud vos.

7. Imò ut sicut in omnibus donis excellitis, in fidei dono, in dono linguarum, dono scientiæ, dono diligentie in administrando, dono charitatis, quam erga nos declarastis ; ita et in hac quoque dote sitis eximi.

8. Non id vobis præcipio, sed per Macedoniae diligentiam et fervorem, charitatis vestræ sinceritatem, et bonam indolem aliis probatam et exploratam reddere volo.

9. Recordamini Dominum Jesum : nôstis enim intiniam illius in nos gratiam et charitatem ; qui dives existens, ut Deus, propter vos in assumptâ naturâ egenus factus est, ut vos illius inopiâ in spiritualibus essetis divites. Ipsum imitamini, pauperes dilate.

10. Et hæc in re consilium vobis do, non impero : id autem vobis consulo, quia vobis utile ; vobis, inquam, qui non solum id coepistis, sed et spontè vo-

luisit ab anno præterito; sicque Macedonas prævenistis et facto et voto.

11. Nunc ergo absolute quod cupistis; ut quemadmodum prompti fuistis ad volendum, ita prompti sitis ad perficiendum, minusque juxta suas facultates.

12. Si enim bona voluntas adsit, et faciat secundum id quod habet et potest; Deo accepta est: non postulat id quod non habetur.

13. Non enim exigo tantam à vobis conferri copiam, ut alii beneficentia vestra ditati, vivant remissius, et in otio; vobis autem sit rei familiaris angustia: sed velim quamdam inter vos æqualitatem fieri.

14. Nunc in hæc vita, vestra in temporalibus abundantia pauperem inopiam sublevet; ut et illum in spiritualibus abundantia vestra spirituali inopia suppleat in futuro: sicque quædam fiet æqualitas, quantum neutri in neutro deficient.

15. Sicut scriptum est Exod. 16, 18: Qui multum de manna collegit, non plus habuit; et qui modicum collegit, non minus reperit: hanc paritatem faciat apud vos charitas.

16. Gratias autem ago Deo, qui Titum eandem ac mihi dedit sollicitudinem pro vobis.

17. Etenim nostram ad vos eundi exhortationem suscepit quidem: sed sanè stimulus non eguit; quia enim vestri multum studiosus est et amans, sponte sua, et alacriter ad vos profectus est.

18. Misimus etiam unam cum illo fratrem illum, qui passim per omnes ecclesias laudatur et celebratur

VERS. 1. — NOTAM AUTEM FACIMUS... quasi diceret: Notam vobis feci tribulationem, quam in Macedonia passus sum. Cap. 7, v. 5, dixi vobis et gaudium, quo in omni nostra tribulatione superabundavi. Nunc autem et vos scire volo gratiam admirandam, quam Deus contulit ecclesiis Macedonice, tribulationis mee consortibus.

GRATIAM DEI. Omne bonum à Deo est, et Dei gratia. Duplex autem bonum Deus contulit Macedonibus: bonum beneficentiae, bonum patientiae; et utrumque perfectum et eminens: in tribulatione enim non tantum fuisse patientes, sed et alacres, et præ gaudio exultantes. In paupertate summa fuerunt non tantum liberales, sed et magnifici; hæc singularis gratia Dei.

VERS. 2. — QUOD IN MULTO EXPERIMENTO TRIBULATIONIS ABUNDANTIA GAUDI IPSORUM FUIT. Fuit hoc in Græc., sed ab interprete additum. Syr., quoniam per probationem multam afflictionis illorum, uberior fuit ipsorum gaudium. Ambrosius, quod in multâ probatione pressura, abundat gaudium ipsorum.

VERS. 1. — Notam autem facimus vobis, etc., nota patientiam magnam, liberalitatem et misericordiam quam Deus dedit christianis Macedonice.

VERS. 2. — Quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudii ipsorum fuit, q. d.: Cum in variis tribulationibus quasi experimentis probarentur, erant in magno gaudio, coque abundabant.

Et altissima, id est, profundissima, et quasi ad fundum usque exhausta, paupertas eorum, abundavit in di-

propter Evangelium à se scriptum et prædicatum.

19. Nunc id solum, sed et publico ecclesiarum suffragio ordinatus est comes peregrinationis nostræ; tum ut mecum prædicet; tum ut mecum hæc vestra elemosinarum gratiam pauperibus procuret: quod charitatis officium administrans ad Domini gloriam, et ad animi nostri promptitudinem, in pauperum obsequio declarandam.

20. Tales ac tantos viros misimus ad vos, ne quis suspicetur nos quidquam ex hac pecuniarum copia, quas colligimus et perferimus, in usus nostros sublegere.

21. Etenim sollicitè curamus bona operari, non solum coram Deo, cordis iaspicere, sed etiam coram hominibus, exteriora tantum spectantibus, et omni modo curamus ne eos scandalizemus.

22. Cum autem duobus viris vobis spectatisimis, misimus alium fratrem nostrum, quem in multis et sæpenumero diligentem et sedulum expertus sum; sed quem in hoc negotio diligentiorum futurum confido, ob multam fidem et existimationem ejus de vobis.

23. Sive ergo propter Titum, qui meus collega est et particeps laborum, quos vestri causâ suscipio; sive ob alios duos fratres nostros, qui ab ecclesiis delecti, et missi sunt, et gloria Christi dici possunt.

24. Ostendite quanta sit vestra charitas, et quæm merito de vobis apud alios gloriatur: id autem talibus viris exhibentes, et ecclesiis à quibus missi sunt, ostendetis.

#### COMMENTARIA.

Primum ergo vobis notum facio quod per multas afflictiones et persecutiones probati, non eas tantum constanter passi sum; sed et ex eis magnum pereperunt gaudium.

IN MULTO EXPERIMENTO... Quænam fuerint illæ Macedonum persecutiones? Primum probabile est quod participes fuerint tribulationis, de qua D. Paulus cap. 7, v. 5. Secundò certum est quod alias antea graves passi sunt, de quibus primè Thess. cap. 2, v. 14; et cap. 1, v. 6: *Et vos imitatores nostri facti estis et Domini, excipientes verbum in tribulatione multâ, cum gaudio Spiritus sancti.* Multis ergo persecutionibus, et tribulationibus probati, lætati sunt, et valde lætati.

ABUNDANTIA GAUDI, quasi diceret: Quò major tribulatio, eò majus gaudium: multiplicatio tribulationis fuit et gaudii multiplicatio. *Abundantia gaudii*, id est, ingens et que verbis non potest explicari lætitia in ipsis nata est, ait D. Chrysostomus.

Unde tale et tantum in tribulatione gaudium? Ex spe retributionis æternæ à Christo promissa: *Beati*

*vitas simplicitatis eorum*; hoc est, in copiam et abundantiam benignitatis et elemosynæ eorum; q. d.: Macedones copiosissime et benignissime sua elargiti sunt, cum essent pauperes. Nota. *Simplicitas* hic significat candidam, liberalem et alacrem elargiendi voluntatem: non enim ex donorum multitudine, sed ex animi promptitudine liberalitas æstimatur, ait Chrysostomus et Theophylactus.

*eritis... Gaudete in illâ die et exultate, ecce enim merces vestra multa est in celo.* Luc. 6, 25. Constantè mala pati, virtus quidem est patientiæ; at in passionibus gaudere, patientiæ perfectio est: apostolica patientia est: *Itum gaudentes, etc.*; christiana patientia est: *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationibus raris incidistis*; Jacobi 1, v. 2.

ET ALTISSIMA PAUPERITAS EORUM. Græc., et secundum profundum paupertatis eorum. Syr., et profunditas egestatis eorum exundavit per divitias simplicitatis eorum. Ambrosius, et quòd profunda paupertas eorum.

Notum quoque vobis facimus quòd summa, profunda et infima paupertas eorum exundavit in opulentiam sinceri cordis liberalitatem. Licet spoliati et ad fundum usque exhausti (nam à suis contribulibus talia passi sunt, qualia fideles Judæi à suis, primè Thess. 2, v. 14), largè tamen et abundanter, simplici et sincero corde contulerunt in usus pauperum: licet extremè pauperes, tamen liberalissimi.

Simplicitas hic significat sinceritatem, seu candidam et alacrem largiendi voluntatem. Tribulatio læta, et valde læta: paupertas liberalis, imò magnifica; effectus sunt admirandæ Dei gratiæ, signa sunt omnipotentis Dei in humanâ fragilitate operantis. Hanc Dei gratiam miremur in sanctis: illam et humiliter emulmur; saltem cum ordinariâ Dei gratiâ, simul in tribulatione patientes, in abundantia liberales.

VERS. 3. — QUIA SECUNDUM VIRTUTEM... Explicat et probat hanc Macedonum simplicitatis abundantiam, quasi diceret: Verè abundavit eorum paupertas; quia pro viribus et supra vires.

TESTIMONIUM... Græc., testor, id est, testis ego sum, qui præsens adsum.

VOLUNTARI... non rogati, sed sponte et ultrà liberales fuerunt.

VERS. 4. — CUM MULTA EXHORTATIONE... In Græc. additur, suscipere nos. Syr., efflagitârunt à nobis multâ cum observatione, ut in partem venirent beneficentiæ ministerii sanctorum. Theodoretus, ipsi nos rogârunt ut sanctorum subventionis curam gererent. Hanc subventionem vocat gratiam et communicationem, quia per utrumque fit lucrum ejus qui impertit, ex eodem Theodoret.

Erasmus, multâ cum obtestatione rogantes nos, ut gratiam et communicationem ministerii, quod est in sanctos, susciperemus. Fortè literalis, quia sine addito, instanter à nobis rogarunt gratiam communicandi ministerio, quod fit in sanctos.

Sensus itaque est: Cum precibus multis et instan-

VERS. 5. — Quia secundum virtutem, secundum vires et opes suas, testimonium illis reddo, etc. Non rogati, non provocati, motu proprio, spontè et ultrà tam liberales fuerunt, ut supra vires facultates contribuerent.

VERS. 4. — Cum multâ exhortatione obsecrantes nos, ut susciperemus gratiam, et communicationem ministerii, etc.; suscipere nos.

VERS. 5. — Et non sicut speravimus, supple, fecerunt, q. d.: Multo amplius dederunt quam speraveramus; sua largitate spem nostram superârunt.

Sed semetipsos dederunt primum Domino, deinde

tibus nos obsecrantes, ut susciperemus donum, quod gratiò offerentur: et ipsis permitteremus aliquid in subsidium sanctorum conferre.

VERS. 5. — ET NON SICUT SPERAVIMUS... Et non hoc tantum fecerunt, quod speravimus, id est, non sua tantum bona dederunt, sed et semetipsos totos Christo Domino, et nobis ejus ministris obtulerunt, ad Dei voluntatem, per nos indicatam, faciendam. *Qui vos audit, me audit*; Lucæ 10, 16. Probabile est, quòd aliquis è suis obtulerint, qui colligerent elemosynas et eas deferrent in Jerusalem, et facerent quæcumque juxta Dei voluntatem præcipere Apostolus: sicque omni modo venirent in partem ministerii, quod fit in sanctos, et suis bonis et suis personis; seu et elemosynâ et obsequio.

Observatio moralis.

Collige hic Macedonum laudes in præcedentibus versibus sparsas. In tribulatione læti; in paupertate liberales, pro viribus, supra vires; voluntarii, cum precibus, non sua tantum dederunt; sed et semetipsos, paratos ad omnem Dei voluntatem. Et in hoc eorum facto perfectam observa charitatem, quam coneris imitari. Cor tuum, personam tuam, vitam tuam, omnia tua, Deo, Ecclesie, pauperibus offerens et consecrans voluntariè. Discè et ex hoc Macedonum exemplo, cum elemosynam es facturus, cor tuum Deo primum offerre; hoc deinde donum confirma elemosynæ tue in pauperem largitione. Elemosynam tuam considera quasi tributum, quo Deum, tui et tuorum omnium Dominum protestaris; humiliter ergo et reverenter dona. Sic et tu, et tua munera Deo accepta erunt: sicut de Abel scriptum est: *Respexit Deus primò ad Abel*, deinde et ad munera ejus; Gen. 4. Deus primò respicit cor dantis, deinde ejus donum; ante omnia igitur cor offerendum.

VERS. 6. — ITA UT ROGAREMUS... Facto Macedonum encomio, quasi præludio, nunc ad ipsum intentum accedit, suamque mentem Corinthis explicat. Et hæc Macedonum beneficentiâ adductus rogavi Titum, à vobis ad me reversum, et consequenter mihi presentem, ut ad vos rediret, hæcque meas perferat litteras, et apud vos perferat: hæc quoque gratiam, id est, elemosynarum in Jerusalem mittendarum collectionem; quam incipit.

PERFICIAT, vos hortando et elemosynas colligendo. QUAMADMODUM INCIPIT, cum esset apud vos.

ETIAM GRATIAM ISTAM, seu, ut ait Syrus, hæc quoque beneficentiam. Quam scilicet cæteris vestris virtutibus addidit.

VERS. 7. — SED SICUT IN OMNIBUS... laudans hor-

nobis; q. d.: Macedones resignârunt se primò Domino voluntarii, deinde nostræ; parati facere et dare quidquid voluissent. *Per voluntatem istâ*, id est, Deo tam piùm affectum subjectionis et beneficentiæ in coram cordibus operante.

VERS. 6. — Ita ut rogaremus Titum, etc., q. d.: Rogavimus Titum, ut sicut nos in Macedonia, ita ipse colligeret Corinthi elemosynas. Stimulat exemplo Macedonum Corinthios, ut largi sint in contribuendo.

VERS. 7. — Sed sicut in omnibus abundantis fidei, et sermone, et scientiâ et omni sollicitudine, Græcè dicit

iatur, inò ut, *sicut in omnibus rebus abundantis*; in fide, quò abundè imbuti estis; in dicendi facultate, quò precellitis; in scientia rerum divinarum; et in omni sollicitudine, circa fratrum salutem; insuper et in eximia erga nos charitate. Sic et in hoc dono; scilicet, in illà gratià eleemosynarià excellatis, liberaliter et promptè largiendo.

VERS. 8. — *NON QUASI IMPERANS DICO...* Græc.; *non secundum imperium dico*, id est, non precipio vobis, nec iure iurè quo possum.

SED PER ALIUM, scilicet, Macedonum sollicitudinem et diligentiam, in dando et colligendo eleemosynas, quam narravi, VESTRÆ CHARITATIS bonam indolem, et ingenitam inclinationem, aliis probatam et exploratam reddere volo.

VESTRÆ CHARITATIS INGENIUM BONUM. Græc., *ψηλας, ingenium*, id est, ingenuitatem, germanitatem, sinceritatem, bonam indolem. COMPROBANS, id est, probatorem et fulgentiorem reddere volens; Theophylactus. Laudat ingenium charitatis animum, seu genium liberalitatis; ut excitet.

VERS. 9. — SCITIS ENIM GRATIAM... Excitat exemplo charitatis Christi.

SCITIS EXIMIAM in nos Christi gratiam et charitatem. QUONIAM CUM DIVES ESSET, nimirum, ut Deus, habens omnium bonorum plenitudinem, omne bonum.

Nota, cum dives esset, non verò cum fuisset. Græc., *dives existens*. Fuit enim semper dives, ut Deus; pauperatam nostram assumens, divitias suas non amisit; sed, ut ait D. Augustinus, fuit intus dives, foris pauper; latens Deus in divitiis; apparens homo in paupertate.

DIVES ERGO EXISTENS, ut Deus.

PROPTER VOS EGENS, FACTUS EST. Græc.; *mendicavit*. Ait Erasmus: *Caruit omnibus bonis temporalibus, quorum Dominus erat, ut pote celi et terræ Dominus*.

Natus in stabulo, in præsepio positus; quia non erat ei locus in divorsorio. Vivens non habuit ubi caput regebat, quam habebat pro salute fratrum. Insuper et charitatem vestram in nos, id est, eà quæ procedit ex vobis, diligentes, in nos, dilectos.

Ut et in hac gratià abundetis, q. d.: Curate ut sicut fide, sollicitudine, charitate erga me abundatis, ita pariter et eleemosynà in pauperes abundetis. Ita Anselmus.

VERS. 8. — *Non quasi imperans dico, sed per aliorum sollicitudinem*, scilicet per exemplum Macedonum, qui tam solliciti fuerunt subvenire pauperibus. Etiam vestræ charitatis ingenium bonum comprobans; q. d.: Ut comprobem et ostendam vestram charitatem habere bonum ingenium, cum sine iussu meo, suâ sponte, facit quod bonum illi ingenium suggerit, dicat et suadet.

VERS. 9. — *Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi*. Cognoscitis enim, inquit, à nobis edocti, quod et quantum beneficium in vos gratiò contulerit Dominus noster Jesus Christus.

Quoniam propter vos egens factus est, id est, quod vestri causâ pauper factus sit et indigens rerum temporalium, videlicet in assumptâ naturâ. Cum dives esset, intelligit in naturâ divinâ. Græcè, *dives existens*; neque enim dives esse desit, quando pauper factus est, quia non desit esse Deus, quando factus est homo.

clinaret. Moriens nudus; sepultus in sepulcro alieno. Et hoc quare?

Ut illius inopia, in temporalibus, vos, in spiritualibus essetis divites; in fide, pietate, iustitiâ, gratiâ, gloriâ, æternis et permanentibus divitiis. Hæc seriò cogitate et apud vos expendite; et nulli rei parctis, ut fratres vestros, ad exemplum Christi, vestris ditetis eleemosynis. Si enim omnium creator et Dominus propter vos egens factus est: quidni pro ejus amore aliquam saltem divitiarum vestrarum partem donabitis, ut pauperibus, vestris et Christi fratribus, succurratis.

VERS. 10. — *Et consilium in hoc, id est, hæc in re, seu ut, ad exemplum Christi, eleemosynam largiamini, do vobis*.

Hoc enim vobis utile est, quia meritiorum vite æternæ. Eleemosyna plus prodest facientibus, quam accipientibus. Hinc D. Joan. Chrysostomus. Nisi pauperes essent; salus nostra magnâ ex parte prolifigata ac eversa esset; ut qui ubi pecunias serere possemus, non haberemus.

VOS ERGO UTILE EST, QUI NON SOLEM FACERE, sed et velle primum cœpistis a superiori anno, ita Græcè. Stimulat eos suâ propriâ promptitudine; ut qui primi facere cœperunt, et sponte suâ primi volverunt ab anno præterito.

NON SOLEM FACERE, seu largiri primi cœpistis, seu et ultrò, sponte vestrà, nullo vos ad id hortante, voluistis ab anno superiore.

Sicque Macedonas prævenistis et voto et facto, et primi fecistis et primi voluistis.

VERS. 11. — *Nunc verò et perficite...*, id est, nunc ergo absolute quod cœpistis.

Ut quemadmodum affuit vobis promptitudo voluntatis, sic et adsit plenitudo facti, secundum suam quisque substantiam et facultatem. Seu, sicut prompti fuistis ad volendum, ita prompti sitis ad perficiendum secundum facultates vestras. Syr.: *Ut sicut accessit vobis cupido hujus voluntatis, sic et facto exsequamini*.

Ut illius inopiâ vos divites essetis; ut illius paupertatem in temporalibus vos efficacemini divites in spiritualibus; q. d.: Ergo et vos, ô Corinthii christiani, exemplo Christi eleemosynâ vestrà pauperes ditare, imò vos depauperare, ut alios ditetis, si Christo esse velis similibus.

VERS. 10. — *Et consilium in hoc do*, id est, in hæc re. Hoc enim vobis utile est. Rationem dat consilii. Nam, inquit, hoc quod consido, id est, opus eleemosynæ, vobis conducit et utile est ad bonum spirituale, scilicet ad Deum promerendum; talibus enim hostis promeretur Deus, ait Hebr. 15, de benedictiâ et communiione loquens.

Qui non solum facere, sed et velle cœpistis ab anno priore. Velle, ultrò scilicet, ac nemine impellente; hoc enim, ut insinuat Paulus, plus est quam facere, scilicet rogatum. Ita Anselmus.

VERS. 11. — *Nunc verò et facto perficite*. Quod facere cœpistis, perficite. Ita enim facere incœperat, Titò hortante, de quo paulò ante dixit se cum rogasse ut, quemadmodum cœperat, ita et perliceret in illis hæc gratiam.

Ut quemadmodum promptus est animus voluntatis, quâ velleis scilicet ab anno superiore, ita sit et perficiendi, ita volis adsit et perficere, id est, ita et perficiatis, ex eo quod habetis, et possidetis, id est, pro facultate vestrà et opibus.

EX EO QUOD HABETIS, id est, pro facultate et opibus vestris.

VERS. 12. — *Si enim voluntas prompta est...* Græcè, et si enim promptitudo animi prius adsit, secundum id quod habet quis, benè acceptus est; non secundum id quod non habet. Syr., *si enim adsit voluntas, iuxta id quod habet planè accepta est, non iuxta id quod non habet*. Id est, si adsit bona voluntas, et faciat secundum id quod habet, id est, potest, seu si det juxta suas facultates, Deo accepta est; quasi diceret: Bono animo date quod potestis.

NON SECUNDUM ID QUOD NON HABET. Subaudi exigitur; id est, supra facultates non exigitur. Quia dixit versu tertio, quòd Macedones supra vires dederunt, ne videatur idem à Corinthiis exigere, monet ut unusquisque, juxta vires suas, bono animo donet. Non postulat Deus id quod non habetur. Non quantitatem, sed mentis qualitatem respicit Deus, ait Theodoretus.

Hinc D. Augustinus in Psal. 103: *Si potes dare, da, si non potes, affabilem te fac; coronat Deus bonitatem, ubi non invenit facultatem; nemo dicat, non habeo: charitas de sacculo non erogatur*. Hinc Tobias filio suo dicit, Tob. cap. 4: *Quantum poteris, esto misericors: si multum tibi fuerit, abundanter tribue; si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter imperpetuo stude*.

Nota quòd voluntatem quidem Deus precipue attendit; sed quòd hæc voluntas, ut vera sit et seria, et Dei conspectu et approbatione digna, debet in actum evire secundum id quod potest, id est, dare pro viribus, alias esset tantum velleitas.

VERS. 13. — *Non enim ut alius sit remissio...* Syr., *non quidem ut alius sit relaxatio, vobis autem angustia*. Vide paraphrasim. Laudo quidem Thessalonicenses, qui supra vires largiti sunt, vos ad id non adigo; D. Chrysostomus, qui addit: *Non quòd nollet, sed quia erant imbecilliores*.

Pecunie contemptus, voluntaria paupertas, perfectio quidem est; et hanc non ignorat divinus Apostolus; quæ tamen hic non imperat: quia, ait Theodoretus, imbecillitate animi leges metitur.

SED EX ÆQUALITATE, id est, sed velim hoc charitatis commercio, quamdã inter vos æqualitatem fieri.

VERS. 14. — *In presenti tempore vestra abundantia*.

VERS. 12. — *Si enim voluntas prompta est*, etc. Sensus est: Quòd si suppetit prompta animi voluntas ad dandum, eà meritiò acceptanda est, si quisque det juxta modum suarum facultatum, sive multum illud sit, sive parum; ita ut non exigatur à quoquam amplius, quam pro ratione ejus quòd habet ac possidet.

VERS. 13. — *Non enim ut alius sit remissio*, etc. Non enim ut alius relaxatio sit, vobis autem angustia. VERS. 14. — *Sed ex æqualitate*. In presenti tempore vestra abundantia illorum inopiam supplet. Sensus est: Sed hoc volo et exigo, ut vos qui habetis temporalibus abundantis, de vestrà copiâ illorum inopiæ temporali succurratis.

Ut et illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum; q. d.: In hoc seculo vestra temporalis abundantia supplet illorum temporalem inopiam, ut vicissim aliquando, nimirum in futuro seculo, spiritualis illorum abundantia vestræ spiritualis inopiæ supplementum fiat.

TIÀ... Vestra in temporalibus abundantia; seu divitiæ temporales, quibus abundantis, pauperum inopiam sublevant, illis necessaria dando.

ET ILLORUM in spiritualibus abundantia, seu spirituales illorum divitæ, vestræ in spiritualibus inopiæ supplet, per orationem, et per communionem meritorum; quasi diceret: Abundatis inopiam, quibus sancti carent; abundant illi apud Deum sanctitatis et iustitiæ meritis, quibus fortè non ita divites estis; date illis nunc de vestrà abundantia, ut aliquando de illorum recipiatis abundantia, UT FIAT ÆQUALITAS. Sic quedam fiet ex utràque parte æqualitas, quatenus neutri in neutro deficient. Pauperes per vestram abundantiam sublevati, habebunt sibi sufficientia; contenti erunt; sicque vobis quodammodo æquales. Vos autem eorum orationibus adjuti, et divitiis spiritualibus ditati, et quamdã meritorum communionem cum illis habentes; eis secundum justam proportionem eritis æquales.

VERS. 15. — *Sicut scriptum est*, Exod. 16, 18. In hujus rei figuram, qui multum de manâ collegit, non plus habuit; et qui modicum collegit, non minus reperit, sed uterque mensuram gomor. Charitas ergo inter vos facit quòd Deus per suam omnipotentiam operatus est apud Judæos, ad nostram doctrinam et instructionem. Per charitatem fiat quædam inter vos bonorum et temporalium et spiritualium paritas. Fiet autem, si ex charitate pauperibus multum dent divites; si ex eadem charitate pauperes multum orent pro divitiis.

Hinc, ait Cojetanus, religiosi et ecclesiastici momentur, ut eleemosynas, quas accipiunt, non pariant ipsis relaxationem spiritualium; sed foveant potius, ut habeant bona spiritualia, non tantum pro seipsis, sed etiam pro largientibus eleemosynas.

VERS. 16. — *Gratias autem Deo*, subaudi ago. QUI TITÒ DEBIT RAMDEN AC MIHI SOLLICITUDINEM PRO VOBIS. Laudat hic et in sequentibus ministros, per quos eleemosyna erat colligenda, ut eis libenter confidant.

VERS. 17. — *Quoniam exhortationem...* Vide paraphrasim.

SED CUM SOLLICITIOR ESSET. Græc., *studiosior existens*, id est, cum à seipso sit vestri valdè studiosus et amicus.

SUA VOLUNTATE... sponte suâ, libenter et alacriter

Ut fiat æqualitas, tam in remuneratione et eleemosynâ spirituali, quam temporalì.

VERS. 15. — *Sicut scriptum est*, Exodi 16: *Qui multum, non abundavit; et qui modicum, non minoravit*. Ex quo loco probat Paulus, per exemplum collectionis et cessionis manna, Deum velle ut homines communionem bonorum quamdã eandem æqualitatem. Sensus enim est: Non plus habuit qui plus collegit; neque minus habuit qui minus collegit, sed unus aequè multum.

VERS. 16. — *Gratias autem Deo*, etc., ut scilicet Titus sollicitus pro vobis vestroque profectu ac lucro spiritali vos exhortaretur ad beneficentiam in pauperes.

VERS. 17. — *Quoniam exhortationem quidem suscepit*, puta minus exhortandi vos ad eleemosynam Titus suscepit. Ita Anselmus.

Sed cum sollicitior esset, suâ voluntate profectus est ad nos, sponte suâ, non me jubente aut rogante. profectus est ad vos, ut ad hoc opus tam pium vos ex-

PROFECTUS EST AD VOS. Cum istis meis literis, per quas hoc scietis. Hoc refertur ad tempus, quo Corinthii hac literas erant lecturi : nondum enim Titus erat profectus, cum hæc scriberentur. Profectum tamen putat D. Chrysostomus.

VERS. 18. — MISIMUS ETIAM... Vide paraphrasim. Licet enim et probate virtutis fuerit Titus, duos tamen et alios testes et socios dat irreprehensibiles ob rationem dandam v. 20, ne minima sit suspicio.

VERS. 19. — NOS SOLEM AUTEM... Vide paraphrasim. IN HANC GRATIAM, id est, ad hanc elemosynarum vestrarum gratiam pauperibus Jerusalemitanis procurandam; scilicet, exhortando, colligendo, deferendo.

QUE MINISTRATUR... id est, quod charitatis officium administramus, ad Domini gloriam, qui in pauperibus colitur et pasceatur. *Quod uni ex minimis... mihi fecistis.*

ET DESTINATAM VOLUNTATEM NOSTRAM. Græc., *aprobata*, *promptitudinem*, id est, ad promptam animi nostri voluntatem in pauperes, Christi membra, declarandam, Græc., *et ad promptitudinem animi vestri*; scilicet excitandam, seu ut sitis ad erogandum promptiores.

#### Observationes literales.

Quoquo modo legatur, patet ubique D. Pauli prudentia. 1° Non eligit ipse, sed ab ecclesiis vult eligi ministros ad elemosynarum collectionem et delationem destinatos; idque ob rationem v. 20 dicendam. 2° Hoc ministerium cum aliis subire non recusat, ut suam in pauperes promptam et alacrem voluntatem declarat. 3° Graves viros eligit curat, ut fideles promptum et securis excitent ad largiendum, tum ob exortationum auctoritatem, tum ob custodiendum et ob deferentium sanctitatem probatam et nemini suspectam.

Quis autem sit frater ille, *cujus laus in Evangelio*, et qui socius et collega D. Pauli dubitatur apud interpretes. Theodoretus Barnabam fuisse putat; sed Barnabas jam abierat à Paulo, qui Silam in ejus locum assumperat. Act. 15, v. 39, 40. Baronius, Estius et alii multi volunt esse Silam, qui in Barnabe locum assumptus est D. Hieronymus et alii quampulurimi putant fuisse D. Lucam, individuum D. Pauli comitem, et qui scripsit Evangelium, ob quod celebris in ecclesiis. Fromondus enim probabilis putat quod hortaretur.

VERS. 18. — *Misimus etiam cum illo fratrem, cujus laus est in Evangelio*, predicando; cum Baronio Silam accipit, per simpliciter cum Anselmo et Hieronymo, *Lucam, per omnes ecclesias.*

VERS. 19. — *Nos solum autem*, supple, laudem habet in evangelio. *Sed et ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam que ministratur à nobis*, hoc est, ad gratium hoc ministerium colligendi elemosynas. *Ad Domini gloriam; et destinatum voluntatem nostram*, hoc est, ad alacritatem animi nostri declarandam in hoc tam pio Dei et pauperum obsequio.

VERS. 20. — *Debitum hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, elemosynarum et pecunie collectæ, que ministratur à nobis.*

VERS. 21. — *Providemus enim bona, Græc., providentes*; seu procurantes bona, honesta. *Non solum coram Deo*, etc., q. d.: Procuero et satago honeste agere non tantum coram Deo, sed et coram hominibus.

tunc scriptum fuerit; licet alii dubitent : sed licet non fuerit scriptum, ea res non obstat, quin de D. Lucâ intelligatur, ob manus Evangeliste quod fideliter gessit. Et hæc D. Hieronymi opinio confirmatur testimonio D. Ignatii, quid Ephes. scribens, hoc idem elogium divo Luce tribuit, dicens, ut testatur Paulus : *Cujus laus est in Evangelio.*

VERS. 20. — *DEVITANTES HOC*. Vide paraphrasim. *PLENITUDO*, hic copiam significat, et quia facilis est è magnâ copiâ aliquid fortim et occulte subtrahere, idè D. Paulus ut omnem vitet suspitionem, multos secum graves et probate virtutis assumit socios.

VERS. 21. — *PROVIDEMUS ENIM BONA...* Vide paraphrasim. *Conscientia nostra nobis*; fama proximo nostro est necessaria, ait D. Augustinus.

VERS. 22. — *MISIMUS AUTEM CUM ILLIS, TITO ET LUCÂ, ELIAMI FRATREM NOSTRUM, VOBIS FORTE INCOGNITUM, AT QUEM IS MULTIS ET SERË EXPERTI SUMUS DILIGENTEM ET SEDULUM.*

*NUNC AUTEM MULTO SOLICITIOREM*, id est, in hoc autem negotio diligentior et sollicitior erit.

*CONFIDENTIA MULTA IN VOBIS*. Græc., *confidentia multa que in vos*. Syr., *ob multam fiduciam erga vos*. Arab., *ob ingentem fiduciam suam erga vos*. Æthiop., *quia multum diligit vos*. Ambrosius, *multa fiducia vestra*.

Sensus itaque est : Ob multam confidentiam et existimationem, quam habet de vobis; seu quia de vobis optima quæque sperat. Alii referunt hæc verba, *multa fiducia*, ad *misimus*, quasi diceret, his misimus confidentes omnino quod eos, quo par est, honore et amore suscipietis. Sed litteralis arbitror quod omnes versiones sequuntur.

VERS. 23. — *SIVE PRO TITO...* Syr. : *Sive ergo consideretur Titus, meus est socius et adiutor in re vestra*, etc. Arab., *quod autem ad Titum, est collega meus et portans mecum omnia vestrum*. Æthiop., *et si de Tito questio sit, socius meus, etc.* Resumit que de his tribus illustribus commendabilia dixit, ut in ultimo versu concludat : Titus meus est collega, in Evangelio predicando, et in vestra salute promovendâ cooperarius.

Alii duo fratres sunt ECCLESIAREM APOSTOLI, ai

VERS. 22, 23. — *Misimus autem cum illis et fratrem nostrum, quem probatimus in multis sæpè sollicitum esse*, seu diligentem esse; id est, cujus sollicitudo ad diligentia multis argumentis nobis explorata est. *Nunc autem multo sollicitiorem*, sive diligentior.

*Confidentia multa in vos*, q. d.: *Confidens multum, et sperans illos, uti par est, à vobis honeste et amanter excipiendos, idque, sive pro Tito*, id est, partim ob amorem et venerationem *Titii. Qui est socius meus, et in vos adiutor*, in Evangelii negotio, quodque vestra adiutor seu cooperatur erga Corinthios, id est, ad promovendam eorum salutem.

*Sive fratres nostri, nempe reliquorum duorum quos mitimus, sive pro aliis duobus, scilicet consociis; quippe qui fratres nostri sunt*, id est, Judæi sunt, quos alibi vocat suos cognatos secundum carnem. Hoc peculiare dicit de istis duobus, nam Titus gentilis erat, Gal. 2.

*Apostoli ecclesiarum*, hoc est, ait Theophylactus,

eis missi; sunt et GLORIA CIBISTI, quam procurant.

VERS. 24. — *OSTENSIONEM ERGO, QUÆ EST...* Ex tantorum virorum gravitate, urget Corinthios ad charitatis exhibitionem, seipsis dignam, dignam et ipsius Pauli gloriatione; dignam denique ecclesiarum expectatione.

*OSTENSIONEM ERGO, QUÆ EST CHARITATIS*, id est, tantum ac tale charitatis specimen illis exhibet; quantum vos decet et liberalem animum vestrum. Hoc indicat pronomen, *quæ ostensionem, quæ*, id est, ostensionem, exhibitionem, vestra charitate dignam, ET NOSTRÆ GLORIÆ PRO VOBIS. Græc., *de vobis*, id est,

ab ecclesiis missi et electi, videlicet ad hoc munus colligenda et perferenda pecunia.

*Gloria Christi*, q. d.: Qui apostoli sunt gloria Christi, id est, promovent et illustrent gloriam Christi. Quod tales essent vitæ et moribus, ut in iis Christus glorificaretur.

VERS. 24. — *Ostensionem ergo, quæ est charitatis*

#### Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

1° Omnis quidem christianus, at præsertim qui christiane perfectioni student, duo notent miranda patientiæ et charitatis exempla in Macedonibus. In tribulatione multa leti fuerunt et alacres. In paupertate summa largi fuerunt et magnifici. Hæc autem duo gratiæ miracula se miremur, ut et pro nostro modulo conemur imitari; leti patiamur, gaudeamus et liberos; in paupertate nostrâ benefici simus et passionibus. Vide v. 1, 2, 3, 4, 5. Ad utrumque conferet exemplum Christi Domini; qui dives cum esset, pro nobis egenus factus est; beatus cum esset, pro nobis et pati, et mori voluit. *Aspicientes ergo in auctorem et consummatorem fidei nostræ Jesum, curramus per patientiam et charitatem*. Vide v. 9.

2° Notent divites ordinem, quem elemosynam facturi servare debent. Primò cor suum donent Deo. Deinde bona sua pauperi largiantur : Deus enim cor dantis primario respicit, secundario munera, v. 5.

#### CAPUT IX.

1. Nam de ministerio, quod fit in sanctos, ex abundantia est mihi scribere vobis.

2. Scio enim promptum animum vestrum; pro quo de vobis glorior apud Macedones, quoniam et Achaia parata est ab anno præterito, et vestra emulatio provocavit plurimos.

3. Misi autem fratres, ut ne quod gloriamur de vobis evacuetur in hæc parte, ut (quemadmodum dixi) parati sitis :

4. Ne cum venerint Macedones mecum, et invenerint vos imparatos, erubescamus nos (ut non dicamus vos) in hæc substantiâ.

5. Necessarium ergo existimavi rogare fratres, ut præveniant ad vos, et præparent reprimissam benedictionem hanc paratam esse, sic quasi benedictionem, non tanquam avaritiam.

6. Hoc autem dico : Qui parè seminat, parè et

et que decet nostrum de vobis gloriationem. Intellegitur de gloriatione, quâ sæpè de vobis glorior sum; tum de gloriatione futurâ, ut possim de vobis gloriarî.

IN ILLOS, tales ac tantos, quos dixi ostendit, ostensionem ostendite; sicut expectans exactari; exhibete.

IN FACIEM ECCLESIARUM, id est, palam et in conspectu ecclesiarum : vel tale specimen charitatis, quod adificet omnes ecclesias : seu quod ad aliorum edificationem eat in conspectum omnium ecclesiarum, dignam ergo quam spectent, mirentur et laudent omnes ecclesie.

*vestra, et nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite*, q. d.: Charitatem ostendite insum in Titum et socios, scilicet eam que decet vos, vestramque tan liberali charitatem pariter et gloriam, id est, gloriationem nostram de vobis.

*In faciem ecclesiarum*, in conspectu scilicet omnium ecclesiarum. Ita Anselmus.

Notent et modum elemosynam faciendi, seu sua bona Deo dandi; humiliter scilicet et reverenter, v. 5. Notent fructum elemosynæ; plus prodest facienti, quam recipienti, v. 10. Omnes denique notent facilitatem faciendi elemosynam; ob quam facultatem nullus exeat, cum ad elemosynam faciendam sufficiat voluntas, dummodo vera sit et seria, v. 12.

5° Notent pauperes modum elemosynam recipiendi, humiliter et grate Deum pro benefactoribus suis multum et assidue deprecantes, v. 14, 15. Notent et ipsi pauperes, quod ab elemosynâ suo modo faciendâ non sint immunes : quandoquidem sufficit voluntas ut v. 12. Velint ergo, compatiantur, obsequantur, verbis et officiis consolentur. Alia multa de elemosynâ vide in capite sequenti in commentario, et in corollario pietatis.

#### CHAPITRE IX.

1. Car il seroit superflu de vous écrire davantage touchant cette assistance qui se prépare pour les saints.

2. Parce que je sais avec quelle affection vous vous y portez, ce dont je me glorifie ainsi devant les Macedoniens, leur disant que la province d'Achaie a été disposée à faire cette charité dès l'année passée : et notre exemple a excité le même zèle dans l'esprit de plusieurs.

3. C'est pourquoi j'ai envoyé nos frères vers vous, afin que ce ne soit pas en vain que je me suis loué de vous en ce point, et qu'on vous trouve tout prêts, selon l'assurance que j'en ai donnée :

4. De peur que si ceux de Macedoine, qui viendront avec moi, trouvaient que vous n'eussiez rien préparé, ce ne fût à nous, pour ne pas dire à vous-mêmes, un sujet de confusion dans cette conjoncture.

5. C'est ce qui m'a fait juger nécessaire de prier nos frères d'aller vous trouver avant moi, afin qu'ils aient soin que la charité que vous avez promis de faire soit prête avant notre arrivée; mais de telle sorte que ce soit un don offert par la charité, et non arraché à l'avarice.

6. Or je vous avertis que celui qui sème peu, mois-